

cumque liquoris super terram, ait: Optum locum non intelligentes
episcopi et presbiteri aliquid sibi assumunt de Pharisaeorum
superstitio, ut vel damnent innocentem, vel solvere se noxios arbitrantur,
cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita queratur.
Patenter ergo intellegi datur, quod nemo te a vinculo illius iura-
menti, quod ad benefaciendum praebuisti, solvere potueris. Iura-
mentum autem, quod ad malefaciendum dedisti, procul dubio non est
observandum, sed magis penitentiae submitthendum. Interrogabis
super his, qui primo per vinum, postea voluntarie in eodem ordine
consecrati sunt. Vellem sciri, quid de illis congrua deliberatione
consendum sit, qui primo, ut aiunt, per vinum, postea in eodem ordine
voluntarie consecrati sunt. Ego. Primus violentam manus im-
positionem acceperunt, ac per hoc huiusmodi noluerunt fungi
sacerdotio. postmodum equanimiter ministrum sacerdotum praebu-
erunt assensum. Numquidnam in eo ordine, in quo dudum per vinum con-
secrati fuerant, iterum consecrari debuerunt? Nonne iuxta sancto-
rum patrum definitionem sic nimiam cavenda est secunda manus
impositio, quemadmodum secundus cavendus est baptizmus? Sed aiunt.
Prima illiusmodi consecratio quomodo a catholicis pontifice, laicis
violenta fuit, et propterea pro nullo ducenda est. Dic queso, si
quispiam fortassis per vinum baptizatus fueris, nolens credere in Chri-
stum, postmodum vero se in eum credere voluntarie profitetur;
ergone de novo baptizandus eris? Non ita sapiebat beatus Ale-
xander patriarcha, quando sanctus Athanasius adhuc puerulus,
sed utique iam baptizatus, ad oram maris quasi sacerdos, quan-
quam ludendo, vere puerulum baptizavit. Quid plura? vellem